

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Martirium n
cum fonte primo

Hoc enim baptisma,
scilicet martirium,
in gracia maius, in potestate sublimius,
in honore preciosius.

Cyprianus in quadam epistola.

→

Nec non et illud consilium, frater
carissime, utile et salubre prospexi in
exhortatione tam necessaria quae
martyras faciat amputandas esse
uerborum nostrorum moras et tarditates
adque ambages sermonis humani
subtrahendas, ponenda illa sola quae
Deus loquitur, quibus seruos suos ad
martyrium Christus hortatur. Praecepta
ipsa diuina uelut arma pugnantibus
suggerenda sunt. Illa sint militaris tubae
hortamenta, illa pugnantibus classica.
Inde aures erigantur, inde instruantur
mentes, inde et animi et corporis uires ad
omnem passionis tolerantiam roborentur.
Nos tantum qui domino permittente
primum baptisma credentibus dedimus
ad aliud quoque singulos praeparemus
insinuantes et docentes
hoc esse baptisma

←

in gratia maius, in potestate sublimius,
in honore praetiosius,
baptisma in quo angeli baptizant,
baptisma in quo deus et christus eius
exultant, baptisma post quod nemo iam
peccat, baptisma quod fidei nostrae
incrementa consummat, baptisma quod
nos de mundo recedentes statim deo
copulat.

Cyprianus Carthaginensis, *Epistula ad
Fortunatum*, praef., 4 (CCSL 3, R.
Weber ed., pp.184-5, ll.50-66).